

De Ablutione, et Nutritione. Cap. XXI.

MULTAS narrat Mesue causas, ob quas medicamina abluuntur: Interdum ut à partibus immundis detergantur, quod illis, quibus virtus est in superficie, ut Intybo, Cychorio agresti, Rosis, & similibus minimè conuenit, nam dissipatur: cetera magis, & minùs lauantur, quatenus scilicet eorum virtus ferre potest. Radices diligenter abluendas esse iubet Gal. 7. de Comp. Med. Non rarò, ut acrimonia eorum superficialia auferatur: Sic ex aqua, aut mucagine Tragacanthæ semen Vrticæ lotum guttur, & partes alias, per quas permeat, adurere nequit. Sal quoque Naphthicus aqua Cucurbitæ, aut simili lotus fit clemens. Sic Mes. Ob acrimoniam delendam imperauit Gal. multa metallica, & lapides adustos abluendos esse, & modum nos docet lib. 1. de Comp. Med. per genera. quem legere potes Capite de Metallicis. Abluuntur, ut morsum amittant, Cera interdum, Pix, Resina, Oleum, & quidquid aliud aqua non miscetur, hæc lib. 2. Simpl. c. 15. de quibus mentionem faciemus hoc capite, & alijs locis. Quandoque lauantur, ut facultatem eorum maligniorem auferat, salubriorem relinquendo, ut lapis Cyaneus, & Armenus molestè vomitoria, & deiectoria, per abluitionem multam, vomitoria esse desinunt, & clementer fiunt deiectoria; & Cancamum idest Lacca, lotum clementius purgat, tamen obstructions, ut illotum liberat. Aloe lota potentiùs roborat partes nutritorias, minùs lota aluum subducit, non lota è contrà.

Sit

Varia causa ob quas fit ablutio.

Radices diligenter abluendæ.

Metallica curiosè abluantur.

Mesue.

Metac.

Aloe nutri-
ta, & ablu-
ta quæ.

Cera, Tere-
binthina, et
Oleū quo-
modo ablu-
antur.

Sit aqua, qua abluuntur hæc omnia, purissima, fon-
talis, & cuiuscumque qualitatibus expers, ut litteris tra-
didit Gal. lib. 2. per genera, c. 15. Sæpe præterea di-
luuntur nonnulla, ut vigorosiora, & valentiora red-
dantur, ut *Aloe ex aqua aromatum potentius roborat: ex
decocto autem valenter purgantium, ut Agarici, Turpethi,
& similibus, si lauetur, purgantior euadit: Lota denique ex
aqua Bdellij, & Tragacanthæ, ora venarum sic aperire desi-
nit, ut sanguis effluat.* Sed propriè loquendo, hæc
non dicitur ablutio, sed potius nutritio; nam me-
dicamenta illa, ut Aloe, imbuuntur liquoribus il-
lis, & eorum facultates, necnon etiã substantiam
in se recipiunt, sicuti etiam interdum sæpe, atque
sæpe reiteratis vicibus Rosarum succus Aloe super-
infunditur, à quo & maceratur, & dissoluitur, &
Sole exsiccatur, Aloe non appellatur profectò lota
illo succo, sed potius nutrita, & ipso imbuta, nisi
liquor totus abijciatur. Sicuti Gal. quandoque iu-
bet abluere metallica Vino, Aceto, & Aqua mari-
na, quod scribitur lib. 1. de Comp. Med. per gene-
ra, c. 8. Adhæc quandoquæ eluuntur aliqua, ut can-
dida fiant, & morsum amittant, ut eodem lib. c. 17.
Talia exstant Terebinthina, Cera, Pix, Resina, &
Oleum. Modum abluendi omnia, quæ aquæ non
miscantur, nos docet lib. 2. Simpl. c. 15. in mediū
afferens exemplum diluendi Oleum, cuius verba
sunt: *Primum itaque modicè Oleum concalescētum in va-
se lati oris, ac magnum, cui insit aquæ purissimæ copia, & om-
nis qualitatibus maximè expertis, infundito; nam in ea quid-
quid sit id, quod abluatur, acrimoniam suam exuit: Deinde
conterito*

Pharmaca parandi, Lib. I. 81

conterito, tundito, frangito, manibusq. impensè subigito, ut unaquæque particula aquam possit contingere; Denique effusa priori aqua, rursus quod lauatur excalescens in aliam aquam sinceram inijcito, rursusq. diutissimè contundito, donec qualitatem suam in aquam deponat, id autem gustanti datur cognoscere; Mox verò & tertio, & quarto, & sepius, donec aqua nullam ex abluto medicamento qualitatem recipiat. Hæc illæ. Quæ omnia nobis demonstrant perfectissimè omnia abluendi modum, & terminum ablutionis, & quo pacto liquidiora, ut Oleū; & crassiora, ut Cera, Pix, & Resina, cum illud frangendum, & quatiendum, at cetera terenda, tundenda, frangenda, & manibus subigenda. Mesue quoque instituit abluendam Axungiam porci esse novies aqua calida, & toties frigida: ut ab ipsa non tantum acrimonia deleatur, sed etiam vim refrigerandi acquirat. At quis est Pharmacopæorum, qui hac diligentia abluat Oleum, vel similia? Dicat mihi, & acquiescam. Immo brevissimo tempore ab his omnibus illi se expediunt.

Viam lauandi Aloen narrat Diosc. cap. proprio his verbis: Lauatur, ut quod sit arenosum, tamquam inutile subsideat, & leue, & pinguiissimum assumatur. Quam postea possumus nos ter, & quater abluere semper abijciendo aquam, postquam imum vasis illa petierit: At sic accuratè abluta, aut debilitè, aut nihil planè ventrem subducit; sic abluatur eris squamma, & es vstum.

Hæc 3. facult. simpl. c. 15. docet Gal.

Lapis Armenus, Alexandro Tralliano iubente, abluendus vsque ad duodenas vices, at in veteri ex-

L plari

Cap. de Vn
gueto Ros.

Error Se-
plafiariorū.

Aloe quō
lauanda.

Lapis Ar-
menus quo
pacto abluē-
dus.

plari ad quinquagenas. Mesue verò cap. proprio sic:
Teratur cum facilitate in vase lapideo; deinde fundatur su-
per ipsum aqua dulcis, & lauetur, sicut terendo, & fiat il-
lud trigesies semper in nouando aquam, & adhuc decies, po-
stea abluatur aqua Rosata, vel Buglosse, vt Alchindo placet.

Lacca quo-
modo.

Lacca idest Cancamum abluatur, vt vult Serapio,
aqua calida vnà cum furculis, quibus adhæret, in
qua decocta fuerint Aristolochia, & Iuncus odora-
tus, deinde exsiccanda, vt Diosc.

De Infusione, et Maceratione, necnon et iam
Dissolutione. Cap. XXII.

INFUNDUNTUR, ac macerantur, &
dissoluuntur varia simplicia ob multos
fines: Aliqua enim infunduntur, & ma-
cerantur, vt liquari, dissolui, ac læui-
gari possint, quod pronunciauit Gal. 1. de Ant. c.
15. ita: Succi omnes vino macerentur, vt dissolui, & læ-
uigari possint, vt Sagapenum, Opium, Hypocistis, & suc-
cus dulcis radicle; interdum Myrrha, & Crocus, & Thla-
spi, & Napi semina prius contusa. & Damocr. cap. 16.

Mero dissolue lacrymas, succos, atque
Metalla, donec mellis acquirant modum.

Et 2. de Antid. vbi de Cyphoide, hæc:
Bdellium, Vinum, Myrrham in mortarium
Mittunt, & terunt quoad mellis crassitiem.

Quantitas li-
quoris in ma-
ceratione.

At hæc supponunt Infusionem, & Maceratio-
nem, & ideo ad Pamphilianum hæc: Per tres dies ma-
cerentur, & tantum vini infundatur, vt superferatur.

Non-